

Cariatica

condēdi uidebit. Nā si parē tostū atq; robustū collectum sit aut calidum cōditum, inimica ināsci nē-  
 cesse est. Diurnitatis causā plures, aut i ipsius grani corio: cum est numerosius: ut milio: aut succi pi-  
 guedine: q; pro humore sufficit tantū, ut sisamā: aut amaritudine ut lupino & cicerule: in tritico maxi-  
 me crescūt aialia quonia spissitate sua cōcalescit, & furfure crasso uestif. Tenuior ordeo palea exilis &  
 legumini: iō nō generant: Faba crassioribus tunicis operitur, ob hoc effereuescit. Quidam ipsum triti-  
 cum diurnitatis gratia aspergūt amurca milie modios quadrantali: Alii chalcidica aut carica creta  
 aut etiā absinthio: Est & olinthi ac cerithi euboæ terra: quæ corrūpi non sinat. Nec fere condita i spi-  
 ca lædunt. Vtilissime tamen seruātur i scrobibus: quos syros uocant ut i capadocia: & in thracia: & hi  
 spānia: africa. Ante oīa ut sicco solo fiant curatur. Mox ut palea susternant, præterea cum spica sua cō-  
 duntur. Ita frumēta si nullis spiritus penetret: certū ē nihil maleficum nasci: Varro auctor est sic condi-  
 tū triticū durare annis quinquaginta: milium uero centum. Fabam & legumina in oleariis cadis obli-  
 ta cinere longo tpe seruari. Idem fabā a pyrhi regis etate i quodā specu ambraciæ usq; ad piraticum  
 pompeii magni bellū durasse annis circiter. cxx. Ciceri tātum nullæ bestiolæ i horreis innascūtur. Sūt  
 qui urceis cinere substratis & illitis acetum habētibus leguminū aceros sup iegerant ita nō nasci ma-  
 leficia credētes. Alii q; in falsamentariis cadis gyp so illinant, alii q; lentem aceto laferpitato respāt  
 siccātq; oleo inungant. Sed breuissima obseruatio quod uitis carere uelis interlunio legere. Quare  
 plurimū refert condere quis malit an uēde. Crescente enim luna frumenta grandescunt.

De uindemia &amp; autumnii temporibus. Cap. xxxi.

**S**eqtur ex diuisione temporum. Autumnus a fidicule occasu ad æquinoctium: ac deinde uergii-  
 liarum occasum, initiūq; hyemis iis iteruallis significatur. pridie idus augusti attice equus  
 oriens. Vespera ægypto & Cæsari delphius occidēs. xi. Calen. septembris Cæsari & assaria  
 stella quæ uindemiat appellatur exoriri mane icipit: uindemiæ maturitatem promittens. Eius argu-  
 mentum erunt acini color mutati. Assyriæ. y. Calen: & sagitta occidit: & etesiae desinunt. Videmiat  
 ægypto non exoritur. Attice arcturus matutio: & sagitta occidit mane. y. idus septembris cæsari ca-  
 pella oritur uesperis. Arcturus uero medis pridie idus uehemētissimo significatu terra marique p dies  
 quicq; ratio eius hæc tradit: Si delphio occidente hymbres fuerit: non futuros per arcturum. Signum  
 orientis eius syderis seruetur hirundinum abitus: namq; depræhense itereunt. xvi. Calen. Octobris  
 ægypto spica: quam tenet uirgo: exoritur matutino etesiaeque desinunt. Hoc idem Cæsari. xiiii. Ca-  
 len. xiiii. assyrie significant & xi. Calen. cæsari cōmissura pisciū occidēs. ipsumq; eqnoctii sydus. vii. ca-  
 len. octobris Deinde consentiūt (quod est rax) philippus: calippus. Dositheus. parmenistus. conon:  
 criton: democritus: euxodus. lon: iii. calen. octobris capellam matutio exoriri. Et. iii. calen. haedos vii.  
 nonas octobris attice corona exoritur. Manē asie & cæsari. y. calen. heniochus occidit matutino. iii.  
 calen. cæsari corona exoriri icipit. Et postrie occidunt abditi uesperis. vii. idus octobris cæsari fulgēs  
 in corona stella oritur. Et iii. idus uergilie uesperis. Idibus corona tota: vi. calen. Nouenbris succule ue-  
 speris exoriuntur pridie calen. cæsari arcturus occidit: & succule exoriuntur cum sole. iiii. nonas arctu-  
 rus occidit uesperis. y. idus nouēbris gladius orionis occidēt icipit. Deinde tertio idus uergilie occi-  
 dunt. In his temporum iterualis opera rustica: nāpos. raphanos feres quibus diebus diximus: Vulg<sup>9</sup>  
 agreste & rapam post ciconie discessum male feri putat. Nos omnino post uulcanalia & precocia cū  
 panico. Afidicule autem occasu uitiam: fasolos: pabulum. Et hoc silente luna feri iubent. Eū frondis  
 pparande tempus hoc est. Vnus frondator quattuor frondarias fiscinas complet in die iustum hēt  
 Si descrefcente luna pparetur nō putrescit. Aridā colligi non oportet. Videmiam antiqui nunquam  
 existimauer maturam ante eqnoctium. iam passim rapi cerno. Quāobrem & huius tempora notis ar-  
 gumentisq; signentur. Leges ita se habent Vuam calidā ne legito: hoc est i eius siccitate Ac nisi hymb  
 ber iteruenerit: Hanc ne legito rotulentam: hoc est si ros nocturnus fuerit Nec prius q; sole discutiatur  
 Videmiar icipito: cum ad palmitem pampinus. pumber cœperit: aut cum exempto acino ex densita-  
 te iteruallum non compleri apparuerit acinum non augeri. Acino plurimum refert: si contingat cre-  
 scēte luna uindemiar. pressura una culleos. xx. implei debet. Hic est pes iustus Ad totidem culleos &  
 lacus. xx. iugeribus unum sufficit torculum: premuntq; aliq; singulis. Vtilius binis licet magna sit ua-  
 ritas singulis: Longitudo i iis refert: non crassitudo: Spatiosa melius premunt: Antiq; fanibus uittisq;  
 loreis ea detrahebant: & uestibus. Intra. c. annos: iuenta grecanica: mali rugis per cocleas bullatibus  
 palis: affixa arbori stella: a palis areas lapidum attollente secum arbore: quod maxime pbat. Intra  
 xxii. hos annos iuentum puis prelis: & minori torculari: edificio breuior: & malo in medio decreto:  
 tympana imposita uinaceis: superne toto ponderē urgere & sup praela construere congeriem. Hoc &  
 poma colligendi tempus & obseruatio: cum aliquod maturitate nō tēpestate deciderit. Hoc & feces  
 exprimendi. Hoc & defrutum coquendi: silente luna noctu: aut si interdū plēa caeteris diebus aut an-  
 te exortum lune: aut post occasum. Nec de nouella uite aut palustri. Nec nisi e matura uua. Nec nisi e

Vitibus